



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

III. De Archiepiscopo Moguntino, qui voti sui compos effectus est.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

frequentare & illius auxilium in quibuscumq; necessitatibus efficaciter experiri. Hoc initium signorum fecit Iesus, coram discipulis serui sui fidelibus, & manifestauit gloriam suam & dignitatem quam iam accepit in cœlis, qui terrena dignitatis gloriam non quæsivit. Et congruè satis à suavi odore incipere debuit sua gloriificatio, qui se ipsum Deo in odorem obtulit suavitatis, ut apte frædo alabastro sui sanctissimi corporis, meritorum ipsius & famæ dulcis effunderetur vnguentum, ex cuius odore domus Ecclesiæ redundantius impleretur. Illud autem inter signa, quam plurima, Dominus sancto suo quasi priuilegium speciale concessit, quod pueri ægrotantes, ad eius, ut fieri solet ponderati sepulchrum, vel continuò eius meritis cōualescunt, aut ab ægritudinis diuturnitate mortis compendio protinus absoluuntur.

*DE ARCHIEPISCOPO MO-*  
*guntino, qui voti sui compos effe-*  
*citus est.*

**H**OC etiam cum pię memorię dominus CHVN-  
 RADVS MOGVNTINVS Archiepiscopus famæ  
 præconio comperisset, cum diutina laboraret  
 infirmitate, quam ex aére inconsueto in terra sancta con-  
 traxerat, nec quicquam sibi conferret experientia medi-  
 corum, ad sepulchrum virticum marca argenti se ponde-  
 rans, cum clamore valido & lachrymis, exauditus est pro  
 suę forma petitionis. Postulauerat etenim ut à diuturni-  
 tate languoris vel cito euasione, vel beneficio saltem mor-  
 tis absoluueretur. Qui mox antequam sedem suam attin-  
 geret, morte intercedēte obtinuit, quod petiuit beati me-  
 titis ERMINOLDI.

Yyy \*

DE

## III.